

Vecchi, Orfeo. *Missarum quinque vocum, ad normam concilii provincialis Mediol. sub Carolo Borromeo cardinale habiti, auctore Orpheo Vecchio . . . quibus accedit missa Jac. Antonii Piccioli. Liber primus.* Milano, Francesco et eredi di Simone Tini, 1588. RISM V1056, SD 1588¹.

Title:

MISSARVM
QVINQVE
VOCVM,
AD NORMAM CONCILII
Provinciales Mediol. sub Carolo Borromæo
Cardinale habiti,
Auctore ORPHEO VECCHIO Mediolan. Presbitero,
Apud B. Virginis à Scala Capellæ Magistro.
Quibus accersit Missa Jac. Antonij Piccioli.
LIBER PRIMVS.
[Escutcheon of dedicatee]
MEDIOLANI,
Apud Franciscum, & hæredes Simonis Tini.

M. D. LXXXVIII.

Dedication:

ILLVS.^{mo} AC REVER.^{mo} D. | D. FEDERICO BORROMÆO, | S.R.E. CARDINALI. |
ORPHEVS VECCHIVS S.P.D. | [orn.] |

*QVID de te omnes sentiant, Cardinalis Amplifs. quantasq; expe-|ctationes multò ante
eximia tua virtus excitauerit, testata est hoc | tempore non sola Insubria, non cuncta modò
Italia clarissima signi-|ficatione lætitiæ; sed orbis, propè dixerim vniuersus, in quo lon-|gè
lateq; cum patruelis tui splendore, & gloria copulata mirificè | iampridem tua fama,
nomenq; percrebuit. Patriam quidem cer-|tè nostrā, & quia te alūnum suum vnum præ
cæteris vnice diligit, & | quia tuos honores, tuaq; omnia commodæ ducit sua, tantum
exhila-|rare visa est optatissima dignitatis tuæ lux, quantum ipsius Caroli | Borromæi ex
hac vita discessus affligerat: omnesq; adeò nostræ oræ finitimæ, omnes Cifalpi-|næ Galliæ
vrbes, atq; oppida, quæ illius Pastoris, ac parentis optimi obitu, non secus ac terra-|rum
facies occidentis abcessu Solis, oblanguerant, ad noui quasi Solis orientis aspeçtum con-
|tinuò oculos sustulerunt. In tanta, tamq; communi omnium gratulatione, & plaufu, qui |
mei imprimis animi sensus fuerit, etsi vna commemoratio significare faciliè poterat, vel be-
|neuolentiæ erga me tuæ, quam mihi præsertim tùm, cùm tibi operam nauarem meam,
notam | esse voluisti, vel obseruantia erga te meæ, quam tibi non ignotam esse scio, libuit
tamen ad il-|lam adiungere hoc veluti argumentum vir usque; vt tu, (quem alioqui mea
scripta, vt ipse | aiebas, non mediocriter antea deleçtarunt) haberes nunc, si minus vnde
animum grauiffi-|mis curis distriçtum reficeres, at in quo certè & tuam erga me
humanitatem, & meum | erga te studium recognosceres. Nam licèt quidem non*

ignorarem, nihil omnino posse ex me | nec tuis par meritis, nec Amplitudine tua dignum proficisci, non ideò tamen genus hoc gra-|tulationis omittendum putavi, quo siue ad animi mei letitiam, siue ad gratificandi studium de-|clarandum, nullum, vt nunc quidem est, licet ex me, vel maius, vel iucundius expectare. | Quanq̄ hæc ipsa, fore, vt tibi minimè accidant iniucūda, spem mihi illud affert non exiguam, | & quod huiusmodi sunt, vt possint animum ad rerum contemplationē cœlestium, quarum ipse | amore flagras, excitare; & quòd conscripta sunt ad eam normam, quam ipse ille sanctissimus | vir patruelis tuus mihi in obsequio suo versanti aliquando præscripsit. Quòd si, (de quo du-|bitare fas non est) meum saltem hoc qualecunque optimè affectæ erga te voluntatis officium | tibi non ingratum accidisse cognouero, & tu singularis tuæ humanitatis tantò illustrius speci-|men dabis, quanto humilitatem meam longius superat tua dignitas, & ego hoc vno videbor | mihi studiosè industriæ meæ fructam vel amplissimum consequutus. Vale. |

Mediolani, Septimo Kal. Febr. M D LXXXVIII. |

Index:

INDEX MISSARVM
ORPHEI VECCHII.

QVINQVE VOCVM.

Missa Ad imitationem cantus Palestinæ
Missa Laudate dominum
Missa Maria Magdalenæ
Missa Gaude Barbara

IACOBI ANTONII PICCIOLI.

Missa Voce mea
FINIS.

Contents:

Missa Ad imitationem cantus Palestinæ
Missa Laudate dominum
Missa Maria Magdalenæ
Missa Gaude Barbara
Missa Voce mea Iac. Ant. Piccioli.

Part-books:

CANTVS A-E⁴ 40pp. Dedication. Index.
 ALTVS F-K⁴ 40pp. Dedication. Index.
 TENOR L-P⁴ 40pp. Dedication. Index.
 BASSVS Q-V⁴ 40pp. Dedication. Index.
 QVINTVS X-Z⁴, Aa-Bb⁴ 40pp. Dedication. Index.

Remarks:

Quarto format. *Missa ad imitatione cantus Palistinae*, *Missa Maria Magdalenae* and *Missa Voce mea* in high clefs. Copies consulted: **D-B**; **GB-Lbl**. RISM V1056, SD 1588¹.